





1727.

7.

Q. D. B. V.

1739 2/10

DISSERTATIO IVRIDICA

24

DE

R A P T V

QVAM
PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI AC PRINCIPI
ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS AVLAE ET IV-
STITIAE CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE
CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ADSES-
SORE PRIMARIO ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO ATQVE STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE

OMNI PIETATE ET OBSEQVIO COLENDO

AD DIEM XI IVLII ANNI cD MD CC XXXIX.

IN AVDITORIO IVRECONSVLTORVM
DEFENDET

THEOD. LVDOVICVS KRAFFEL

SEYDA-SAXO.

VITEMBERGAE
STANNO TZSCHIEDRICHIANO.



DISSSERTATIO IURIDICA

DE

R A P T V

QVAM

PRÆSIDIO

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO COLONIARVM REGI AC PRINCIPI
ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVAR ET IV-
STITVTAE CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE
CIVITATIS PROVINCIALIS AC SCABINVS ARRES-
SORE PRIMARIO ET ORDINE IURIDICI
ORDINARIO

PATRONO ATOVE STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE

OMNI PIETATE ET ORBEVSO COLENDO

AD DIEM XI IULII ANNI MDCXXXIX

IN AVDITORIO IURECONSULTORVM

PRESENTE

THEOD. LVDOVICVS KRÄPPEL

STVDA-SAXO.

LEIPZIG

STANNO TESCHENDRICHIANO



ILLVSTRISSIMO
V I R O
CAROLO AVGVSTO
R E X
PVRPVRATO ET CANCELLARIO
REGIO
DE
PRINCIPE ET PATRIA
IMMORTALITER MERITO
DOMINO SVO

HAS
STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS
PIE CONSECRAT

CAROLO AVGVSTO
R. E. X.

PARVARATO ET CANCELLARIO
REGIO

DE

PRINCIPLE ET PATRIA
IMMORTALITER MERITO

DEVOTVS CLIENS

THEOD. LVDOVICVS KRAFFEL,



I.

*Carolus VIII, Galliarum rex, verum in Anna Britau-
na, Maximiliani I. Imperatoris sponsa, raptum
commisit.*

II.

*Raptus etiam est, quando mulieris consensus armis,
minis, custodia, extorquetur.*

III.

*Qui quaeue in alienam potestatem redacti non contra-
dicunt, sed suspirantes aut flentes adquiescunt,
vere non consentiunt, sed raptum
patiuntur.*



ulti illustres raptus in historiis memo-
rantur. Sed nullus illustrior est eo,
quem Carolus VIII, Galliarum rex, in
Anna Britanna, Maximiliani I, Roma-
norum tunc Regis, postea Imperato-
ris, sponsa, commisit. Narrabo eum
verbis CRANTZII, scriptoris coaeui, in *Saxoniae lib. XIII*
A 2 cap.

cap. 15: Rex Romanorum, iam diu viduus toro, de uouis nuptiis cogitauit. Conuenerat cum FRANCISCO DVCE, ut unicam eius filiam cum dote acciperet opulenta: Nam ducatus ille dos erat unice proli. Misit rex solennes ad contrahendum absens de praesenti matrimonium oratores, sufficienti mandato suffultos. Interim Franciscus dux in fata concessit. Bella non defuere ab rege Franciae, qui latissimum illum ducatum suae ditioni iam vacuatum arbitraretur, quod feudum esset ab corona. Proceres refragantur, et morientis sui ducis mandata impleuere, Romanorum regi Maximiliano seruantes prouinciam cum herili puella. Non destitit Gallus oppugnare prouinciam: Habebat, ut fit, in latissima regione, qui illi studerent: Sed maior pars procerum pro Maximiliano stabat. Venere interim Romanorum regis oratores, et puellam regi suo deportandam deposcunt, prouinciam committentes gubernandam, quibus eam dux moriens permisit, donec ueniens rex ipse cuncta propius inspiciens ordinet: Incolume iter ab rege Francorum cum puella, et securitatem publicam deposcerunt: Non negatur. Igitur rebus in prouincia constitutis ex sententia, cum puella et honesto comitatu iter per Franciam inuadunt, freti praestita securitate. Iam peruenere in locum, qui Franciae regi ad institutum suum uisus est idoneus. Aderat rex ipse cum aliquot ex regno proceribus: Puellam sibi sibi iuber: dignanter uenientem honorat. Tum sciscitatur ex Britonibus, qui e prouincia illam deduxerant, se omnia legitima, quae ad desponsationem puellae pertinerent, ex persona Rom. regis essent impleta. Illi respondent, de uoluntate mortui ducis parentis illius esse addictam Rom. regi, caetera se ignorare: ad hoc se exiisse, ut sponsam regi sponso deducant. Tum rex communicato cum suis consilio, iubet responderi missis a rege Rom. Ire liceat quo uelint: puellam nulli nuptam,

nuptiam, nec per verba de praesenti cuiquam deuinctam, suo
 toro esse asseruatam. Ibi volentem volentem, incertum, puel-
 lam dominabus de suo regno permittit, ut inclinent ad regis
 assensum, et mox toro suo impositam habuit pro coniuge, omni-
 bus de more impletis. Tum remittendam Romanorum regi
 filiam, saepe et multum reperitam, decernitur. In uno facto
 geminum committitur piaculum: propriam sponsam tam diu
 in primis affectibus habitam, ita etiam, ut in nonnullis literis
 nomen puellae suo coniunxerit, contemnens ac reiiciens, et,
 quam non debuit, inuadens, iniurius fuit in socerum, cui et
 sponsam ademerat, et in eiusdem filiam, cui torum diu promif-
 sum abstraxerit. Adde eundem lib. I cap. 21. CRANTZII ver-
 bis maximum pondus addunt publicae ipsius Maxi-
 miliani et Patris eius Friderici in comitiis querelae, quas
 in re recentissima vanas et mendaces fuisse, nemo cor-
 datus sibi persuadebit. Breuiter eas proponit TRITHE-
 MYVS, coaeuus itidem auctor, in Chronico Hirsfaugiensi ad an-
 num 1492: Anno supra notato in mense Septembris Fridericus
 Imperator mundi reuerus, et Maximilianus, Rex Germanorum,
 filius eius, semper inuictus, conuentum Regni Principibus apud
 Confluentiam oppidum Archi Episcopi Treuitorum, consensu
 indixerunt unanimi, quorum multis in praesentia constitutis
 rapus desponsatae Maximiliano Annae Ducis Britanniae per
 Carolum, Regem Galliae, praesumptus in medium proponitur,
 et, quid fieri decernant Principes, consultatio communis habe-
 rur. Plenius LEHMANNVS in Chronico Spirensi lib. 7
 cap. 121: Inmittelst ist dem König Maximiliano
 Botschafft kommen, als seine Gesandten seine ver-
 lobte Braut, die Herzogin zu Britannien, abgeholt,
 und sie iren Weg und Reiß durch Franckreich ange-
 stellt, der König Carolus die Strassen verwahren,
 gedach-

gedachte Hertzogin listiglich fangen, und in seinen Gewalt bringen lassen, deren Geverdten aber erlaubt, daß sie unbeleydige an iren Ort reysen mögen. Dieweil dann der Keyser und König Maximilianus solch Beginnen des Königs in Franckreich dahin ermessen, daß es gemeiner teutschen Nation zu Schimpf und Verachtung fürgenommen, haben sie alsbald einen Reichstag gen Coblentz ausgeschriben, und die Ständ unverzüglich zu erscheinen beruffen. Als nun auf bestimmte Zeit theils Churfürsten, Fürsten und Botschafften angelangt, hat König Maximilianus durch den Keyserlichen Anwaldt, Graf Eitel Fritzgen von Zollern, den Ständen des Reichs in gemeiner Versammlung die von König in Franckreich wider ufgerichtete Verträge, beschene Gehübd und Eyd, verübte Handlungen lassen fürtragen, mit Begehren, es wolten Churfürsten, Fürsten und Statt Botschafften solche der Keyserl. und Königl. Maj. zugefügte Schmach, Schimpff und Thätlichkeit zu Herzen nehmen, der Teutschen Nation zu Ehren und Nutz solche Schand und Untreu mit Kriegsmacht zu bestraffen verhoffen seyn. *Consentit CVSPINIANVS, scriptor etiam coaeuus, in Maximiliano, qui Carolum Maximiliano Annam vi eripuisse, item violenter surripuisse, dicit. Et, ne domestica testimonia suspecta videantur, adiungimus binas Henrici VII, Angliae regis, ad Electores et Principes Germanos, et ad Pontificem maximum scriptas literas, quibus, Carolum Ducissam Britanniae violenter rapuisse, bis scribit. Exhibet eas Darricus lib. 3 Rerum Germanicarum cap. 2 n. 13, 14. manifestum tamen*

men

men mendum continentes, quod a sagace viro non animaduersum, sed *in n. 12* etiam repetitum miror. Ait nempe, literas istas die 8 Februario anni 1491 exaratas. Et raptus tamen in fine anni 1491 commissus, ac nuptiae a Carolo 13 Decembri factae sunt. Tantum ergo abest, ut Anna in principio anni 1491 rapta dici poterit, ut eo tempore adhuc libera se reginam Romanorum appellarit in pactis cum ipso Henrico Anglo initis, a *Daniele dans l'Histoire de France ad annum 1491 p. 478* memoratis. Erratum ergo manifestum est apud *Dattium*, sed emendatio difficillima. Facile esset, pro 1491 scribi 1492. Sed mense Februario anni 1492 ipse Maximilianus raptum nondum rescivisse videtur. *LEHMANNVS* quippe *in Chronico Spirensi lib. 7 cap. 121* literas Maximiliani I ad Senatum Spirenses die 12 Iulii anni 1492 perscriptas ex tabulario Spirensi adfert, quibus, se nuptias cum Anna Britanna fecisse, Carolum VIII vero illas disturbaturum arma Britanniae intulisse, significat, ac opem Spirensium contra Gallos poscit. Hanc Maximilianus iniuriam sibi factam adhuc mense Iulio ignoravit, de qua Henricus Anglus iam mense Februario omnes Imperii ordines certiores reddiderat? Sed nec annus 1493, in literis Henrici substitui potest, quoniam Henricus in fine anni 1492, die scilicet 3 Nouembri, pacem cum Gallis fecit apud *Rapin Thoyras dans l'Histoire d'Angleterre Tom. IV pag. 457*. Ex quibus angustiis nullus alius exitus patet, quam ut dicas, et in *Dattio* et in *Lehmanno* mendum esse, ac Maximiliani epistolam die 12 Iulii anni 1491, quo tempore circiter Carolum cum binis exercitibus Britanniam vexasse, *Lobineau dans l'Histoire de Bretagne pag.*

814 et 1535 testatur, Henrici vero literas die 8 Februar. anni 1492 in ipsis regni comitiis, quae Henricus tunc pro decernendo contra Carolum bello conuocauerat, exaratas. Quidquid tamen de die scriptarum literarum sit, de veritate ipsius facti adeo dubitatum tunc non fuit, ut ipsi coaevi scriptores Galli eam non negarent, sed more suo in narrationibus et excusationibus saltem tacite praeterirent. Ipse Caroli VIII ad Germanos orator, Robertus Gaguinus, Iacobo Wimpfelingio, qui, Carolum Annam turpissime rapuisse, ab alienis nuptiis violenter abstraxisse, coniugem viro suo viuenti rapuisse, et a viua adhuc uxore dilectum maritum exclusisse ac separasse, scripserat, ita respondet, ut vim ipsam et raptum, quem a Friderico Imperatore et Maximiliano rege publice Gallis exprobari norat, non neget, sed saltem nuptias, quas Maximilianus cum Anna fecerit, *simulatum tantum ad cautionem quandam, et strategema belli matrimonium fuisse, ne gens terrae Britanniae Franco regi se dederet, contendat in Linturii Appendice ad Fasciculum temporum apud Ioannem Pistorium Tom. II Germanicorum scriptorum pag. 102.* Simili calliditate rem narrant *Commineus dans ses Mémoires lib. 7 cap. 3 et Brantôme dans les Vies de Dames illustres pag. 2.* Neque, qui postea insequuti sunt, scriptores Galli vim inficiantur, sed verba tamen in factum remperant, ac inter alios *Mezeray dans l'Abregé de l'Histoire de France in Vita Caroli VIII p. 768,* Annam nuptias inter suspiria fecisse, narrat: *Elle résista quelque temps, mais enfin la grande negligence de Maximilian et la nécessité pressante donnerent force a leurs raisons, elle s'y rendit et se sacrifia en soupirant pour le salut de son pays.* Istum ve-

ro omnium consensum turbavit tandem nostra aetate Petrus Bayle dans la Reponse aux Questions d'un provincial Tom. III cap. 125 seq. pag. 603 seqq. atque, quotquot raptum istum pro vero venditarint, quorum innumerabilem multitudinem esse fatetur, falsi ac caluniae infimulat: *Le nombre des Ecrivains, qui ont assuré cet enlèvement, est innombrable: cependant le fait faux.* Annam persuasam sponte cessisse et consensisse, contendit: *On se servoit de la voie des insinuations, et des negociations auprès de cette Princesse, et de son conseil, et ce fut ainsi qu'on l'engagea à épouser le Roi de France.* Noua haec sententia Gallis quidem honorifica, sed rationes eius infirmissimae sunt. Fortissima harum est silentium auctorum Gallicorum: *Qu'une telle Princesse allant trouver le Roi des Romains, son époux, soit arrêtée dans les chemins, ou dans une hôtellerie, et entraînée à la Cour de France, est une chose d'un si grand éclat, qu'il est impossible qu'elle échape à tous les Historiens d'une nation. Il se pourroit faire, que quelques uns d'eux n'en disent mot, mais non pas, qu'ils gardassent tous le silence.* Itane vero Baylius autumat, Gallos auctores, qui sub Carolo VIII, Ludouico XII, Francisco II, Carolo IX, Henrico III, vixerunt et scripserunt, raptum et adulterium commissum publice descripturos, fassurosque fuisse, reges istos suos se vel tantis criminibus polluisse, vel ex Annae, quae legitimo marito suo erepta, iustas cum aliis nuptias facere non potuerit, damnato coitu prouenisse. Tanta profecto impudentia nec verisimilis quidem, sed plus quam satis est, quod Galli scriptores, qui tempore raptus vixerunt, crimen hoc, regi suo publice obiectum, inficiari non sunt ausi, sed, quemadmodum supra ostendi,

di, colorarunt saltem. Hoc ipsum ergo silentium, ad quod Baylius tam confidenter prouocat, fortissimum pro veritate raptus argumentum est. Verum, pergit Baylius, Mezerai tamen, qui sibi in rebus a Gallis iniuste et ignominiose gestis describendis placet, hac etiam macula, si vera fuisset, illos conspersisset. Atque conspersit etiam, quemadmodum ex verbis eius, quorum partem supra excerpti, patet. Porro Baylius *Varillasii dans l'Histoire de Charles VIII lib. 1* silentium nobis obiicit. Ego vero Varillasii librum, quamuis ad manus sit, euoluere non dignor. Dicat ille an neget, mihi perinde est. Iam diu enim fidem suam apud me et cordatos omnes ita perdidit, ut, si ego illum in quadam controuersia mecum sentire animaduerto, propter hoc ipsum de veritate sententiae meae dubitare incipiam. Et quam poterit etiam in hac re fidem habere homo, qui lapsis post raptum ducentis fere annis scripsit? Superest ultima Baylii ratio, auctoritas *Bertrandi d'Argenté*, qui dans *l'Histoire de Brezagne lib. 12* rem gestam paulo aliter narrat. Verum et hic auctor, multorum annorum interuallo post raptum natus, quae ante se gesta fuerunt, scire ac scribere tam accurate, ut alii, non potuit, ac ita etiam scribit, ut vim tamen Annae a Carolo adlatam non prorsus neget. Itaque Baylius cum noua sua opinione, quod Anna in Caroli nuptias sponte consenserit, solus, etiam ab ipsis Gallis relinquitur. Nec est illa, si naturam mulierum spectes, verisimilis. Maximilianus formosissimus suae aetatis erat, Carolus autem, ex Gallorum quoque confessione, foede deformat. *Il étoit mal fait, et extrêmement laid; ait Daniel in Vita Caroli VIII*

VIII p. 418. Augebat hanc deformitatem breuitas staturae et gibbus insignis, propter quae a Gallis, teste *Brantomio dans les Vies des hommes illustres Part. 1 pag. 1*, breuis, le petit, ab exteris vero gibbosus appellatus fuit, quemadmodum ex *Lutberi Tischeden pag. 156* discio. Et hoc tamen monstrum hominis, si Baylio credimus, Anna cum sponso suo pulcherrimo, quem Imperatorem primumque Europae principem futurum sciebat, sponte commutauit. Credat Iudaeus apella, non ego. Quae quum ita sint, Carolus sine dubio, et ex omnium, etiam Gallorum, confessione, Annam Maximiliani sponsam rapuit, ac vim publicam commisit. Student saltem Galli recentiores vim hanc ita depingere, ut quasi legitima videri possit contra omnem historiae fidem. Quin imo inter Belgas repertus est *Pontus Heuterus*, qui *Rerum Austriacarum libro 4. cap. 4* Annam Britannam bello captam scribat: *Carolus, inquit, Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Renesium, in quo Dux Anna erat, longa obsidione vexatum, in potestatem redigit, Britonum proceribus corruptis et Rom. Regis militibus trium mensium stipendio ad deditionem coemptis, urbemque ei cum Duce Anna tradentibus, quam post paucos dies in uxorem ducit.* Verum *Fuggerus im Spiegel der Ehren des Erzhauses Oesterreich lib. 5. cap. 39 pag. 1078*, Heuterum hac in parte ab aliis omnibus historicis dissentire solumque relinqui dicit, ac ipse rem ex manuscripto eundem in modum, quo Crantzii, narrat, atque adeo fidem Crantzii egregie firmat. Dabo hic excerptum illud, tanquam nouum pro stabilienda raptus veritate argumentum: **Sonsten beziehet hiervon ein Manuscript, wie daß K. Carl gegen**

gegen die Prinzessin keiner Feindseligkeit sich vermercken lassen, sondern, als sie durch Hennegau nach Teutschland abreisen wollen, sie auf ihr Begehren, mit einem Königlichen Geleit versehen, auch beyde Herzogen von Bourbon und Orleans, mit 200. Pferden sie zu begleiten, ihr entgegen gesendet. Diese zween begegneten ihr, als sie samt ihrer Gefärttschafft zu einer grossen steinernen Brücke gelanget, mit einem starcken Reissigen Zeug, welcher sich von einander theilte, sie zwischen sich mitten einnahme, und umschlosse. Hierauf naheten sich ihr beyde Fürsten, und zeigten ihr an, im Namen des Königs: Sie möchte ihr belieben lassen, ihren Weg nach Tours zu nehmen, daselbst der König ihrer warte, sie anzusprechen; ihre Teutsche Geleitsschafft aber solte, bis auff fernern Bescheid vom König zu Amiens verharren. Also wurde sie, wiewohl weinend und über Gewalt, auch daß dieses wider den mit R. Maximilian aufgerichteten Frieden, vermög dessen sie sich aller Sicherheit getröstet, gehandelt sey, sich beschwerend, nach Tours geführet: allda sie der König statlich empfieng, sie mit vielen Worten tröstete, ihr die Teutsche Verheyrathung wiederriethe, und sie vermahnte, daß sie das Glück, in dem Lande, dar in sie geboren und gezogen, als eine mächtige Königin zu regieren, nit ausschlagen solte. Als sie ihm hart widersprache, und dem Röm. König ihre Treu nit fälschen wolte, gab er ihr 5. Wochen Bedentzeit, inner welchen ihr so viel süßes und saures, Versprechen und Drohungen, vorgeschwatzet wurden, daß sie endlich, sehend, daß es anderst nit seyn könnte, das

ab

abgezwungene Jawort von sich gabe, und darauf vom König daselbst öffentlich getraut, seine Gemahlin worden. Non possum igitur satis mirari, Sruvium in Syntagmate historiae Germanicae dissert. 39 s. 60, reiectis tam luculentis testimoniis ac argumentis, solius Heuteri fidem sequi maluisse.

IV.

Violenta abductio mulieris consentientis verus raptus est ex principis iuris Romani et Germanici hodierni.

V.

At prisca Germani talem abductionem pro raptu non reputarunt.

VI.

Ne tunc quidem, quum illa contra caesaris et principis voluntatem facta est.

Inter alia pro antiquitate gentis Beichlingiae argumenta commemoratur a Georgio Fabricio in Originibus Saxonis lib. 2 p. 285 raptus anno 1015 in Reinhildi Beichlingia commissus. Equidem Leuckfeld in der Historischen Beschreibung von dreyen in und bey der guldnen Hue gelegenen Oertern capite 2, quod totum de prisca comitibus Beichlingicis agit, Beichlingiae gentis nomen integro fere saeculo recentius facit, atque ductum a Reinhildi argumentum §. 8. ex-

plodit, incertissimumque appellat; *Weilm nicht bekannt, ob sie eine geborne oder verwitbete Reichlingen gewesen, oder ob sie nur als eine vornehme Dame in Reichlingen sich aufgehalten.* Verum *Ditmarus in Chronico lib. 7 apud Leibnitium in Tomo I Scriptorum Brunsvicensium pag. 401.* Reinhildam hanc dominam urbis Bichlingi, quod Leuckfeld male *eine Frau aus der Stadt Reichlingen* vertit, vocat. Priuata profecto mulier non fuit, quam eximiae ciuitatis dominam Imperator iureiurando, ne iniussu suo nuberet, obstringere operae pretium credidit, cuius nuptias Wirinarius, comes et marchio, frustra ambiuit, et ad quam defendendam armati clientes et satellites concurrerunt. Itaque raptum hunc a Wirinario, comite Waldbeckensi, et marchione Bernaburgensi, commissum, recte inter illustres referimus. Reinhilda illa sui iuris plene non erat. *Namque, ut Ditmarus ait, Imperatori, ut nulli absque scientia et consilio suimet unquam sociaretur marito, antea firmiter promiserat.* Wirinarius ergo, quum frustra nuptias eius petiisset, vim parat, irrumpit cum suis Bichlingam urbem, ac Reinhildam, nequidquam clamantem et eulantem, abducit. Excitati isto clamore Reinhildae clientes ac satellites armati concurrunt, pugnare incipiunt non sine caede et sanguine, et, quamuis Wirinarium cum domina sua abeuntem retrahere non possint, quendam ex comitibus eius, Albinum, in abducenda alia mulierecula occupatum ac moras nestentem, agmine facto circumdant, egressu prohibent, ac tandem obruncant, regressum quoque pro liberando Albino Wirinarium circumstunt, et fortiter pugnantem primum telo, deinde fugientem et murum transi-

transilientem lapide vulnerant. Wirinharius, suos cum praeda, Reinhilda scilicet, abeuntes adsequutus, sed gra- uiter faucibus in villa quadam proxima consistere, cogi- tur, satellites tamen suos ex pugna superstitibus cum Rein- hilda longius ablegat. Re comperta, caesar mittit, qui eum comprehendant, ac de comprehensi supplicio deliberaturus consilium conuocat, huicque consilio Ditmarum, episcopum Merseburgensem, Wirinharii agnatum, cuius verbis, sed paulum emendato spurcissi- mo stylo, haec narro, adhibet. Nocebat inprimis Wi- rinharo, quod caesar olim in alia causa iurasset, se nulli eorum, qui domesticam securitatem turbarent, parsu- rum. Ipse ergo Ditmarus caesari, ut fidem deo datam fallat, suadere non audet, sed deo salutem consanguinei sui tacitis precibus commendat, et decretum ex consi- lio optimorum factum; ut reus, *superata infirmitate, si culpabilis efficeretur, capite priuaretur: Si autem haec omnia cum consensu matronae acta fuissent, optime uteretur sponsa.* Et Wirinharius quidem, ex vulnere mortuus, poenae subtractus est. Nos tamen ex isto caesaris decreto disci- mus, abductionem violentam mulieris, contra eorum, quorum iuri et potestati subest, voluntatem, apud pri- scos Germanos pro raptu, siquidem illa consensit, repu- ratam non fuisse, atque adeo *articuli Carolini us verba: unangesehen, ob die Ehefrau oder Jungfrau ihren Willen darzu giebt; non ex iure patrio, sed Romano, scilicet ex L. un. C. de Raptu virginum, hausta esse.*

VII.

Galli peculiare genus raptus habent, quod sine vi et mutatione loci committitur, atque in parentes appellatur.

VIII.

VIII.

Exemplum eiusmodi raptus in Gastone Ludouici XIII regis fratre commissus memoratur, et error quidam in specimine IV emendatur.

IX.

Aliae gentes omnes vim aut saltem mutationem loci in raptu desiderant.

X.

*Non requiritur tamen locus disfitus, sed sufficit abdu-
ctio de domo in domum.*

Si quid in me boni est, hoc est profecto, quod nunquam obstinatus in sententia mea varitati cedere possum, et saepe primus errorem, si quem, ut homo sum, commisi, agnosco, ac publice declaro. Eius rei nunc luculentum specimen dabo. Risi olim iuuenis, quum nondum triginta annos natus *meditationes ad pandectas* scribere inciperem, in *specimine IV de Jure publico med.* Gallos; sed, quod nunc ingenue agnosco, indocte ac imperite risi. Legeram scilicet apud *le Vassor dans l'Histoire de Louis XIII lib. 35 p. 827, et lib. 36 pag. 120*, ac in aliis Gallorum annalibus, Ludouicum XIII regem, quum frater eius, Gaston Aurelianensis, in Lotharingiam profectus, Caroli, ducis Lotharingici, sororem, Margaritham, contra regis voluntatem uxorem duxisset, duci huic, fratrique eius, Nicolao Francisco, ac sorori Henricae, in summo Parisiensi senatu per procuratorem generalem, quem vocant, accusationem de raptu publice intentasse,
à rai-

à raison du rapt commis en la personne de Monsieur le Duc d'Orleans Fils de France, Frere unique du Roi; et sententiam, qua omnes in exilium eiiciebantur et bona eorum fisco addicebantur, obtinuisse. Mihi tunc, qui nullum violentiae vestigium animaduvertebam, sed Gastonem sponte in Lotharingiam venisse, atque ibi nuptias fecisse, sciebam, accusatio haec pariter ac condemnatio ridicula et absurda videbatur; et excusatius actionem utilem de seruo corrupto, arg. *L. 14. §. 1 de Seruo corrupto*, institui potuisse credebam. Ignorabam nempe iura et instituta Gallorum, qui crimen aliquod peculiare habent, ceteris omnibus gentibus incognitum, quod raptum in parentes appellat, atque ab iis committi dicunt, qui nuptias cum persona alterius iuri seu potestati subiecta sine huius consensu vel faciunt vel conciliant. Audiamus JCrum doctissimum, *Stephanum Paschasium seu Pasquierium tom. 1 literarum lib. 3 pag. 112*: Nos ancestres cognoissans, combien c'estoit chose de mauuais exemple, qu'un enfant au dessous de vingt-cinq ans fust estimé marié par les paroles de present au prejudice de l'authorité paternelle, introduisirent en l'action de Rapt, que nous appellons vulgairement Raptum in parentes, qui est incogneuë à toutes autres nations. Par laquelle on permettoit aux peres et meres, voire aux tuteurs, d'accuser devant le Juge Royal celuy ou celle, qui par telle affecterie de Paroles auroit attiré et suborné à un mariage l'un de leurs enfans: et est ceste poursuite de telle puissance et effect, que pendant le cours d'icelle, elle suspend et arreste routes les procedures, que l'on pourroit faire par devant un Official et juge d'Eglise pour la validité du mariage. Peto itaque nunc erroris mei veniam, atque hanc me eo facilius impetraturum spero, quod inter ipsos Gallos quidam

C

dam

dam singulare hoc iurisprudentiae patriae suae caput ignorant. *Petrus Baylius* certe in *Dictionaire historique et critique* art. *Pienne* lit. H locum istum ex *Paschasio* excerpit, atque sic commentatur: *Peutetre* vouloit-il parler de ceux, qui ne se contentent pas de seduire un jeune coeur, mais qui l'engagent aussi à se laisser enlever. S'il a omis par inadvertence cette partie de la définition du rapt, et que néanmoins il l'ait eue dans l'esprit, sa conclusion ne peut point passer en France pour trop severe, car les Francois punissent de mort tous ceux, qui enlèvent une fille soit qu'elle consente soit qu'elle n'y consente pas. At enim vero nihil omisit *Paschasius*. Ad raptum, quem Galli in parentes appellant, nulla vis, nulla abductio de loco in locum desideratur. Audiamus *Paponium* in *Corpore iuris Francici* lib. 22 tit. 6 arrest. 4 pag. 704: *Puella inops*, cui praeter elegantem formam nihil reliqui erat, minis suis, h. e. machinationibus, par ses menées, vide du *Fresne* *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, art *Mina*; *marris suae cuniculis et dolis*, aliisque auxiliis, adolescentem, et genere et opibus se longe clariorum, clam curatore expugnauerat: et ad se ducendam ita pellexerat, ut pacta sponsalia de praesenti a Notario conciperentur, ac magna praecipui iure dona et commoda huius sponsae infererentur. Curatores id pro crimine raptus persequuntur. Iis opponitur, raptum esse non posse, *Arresto Parisiensi*, de 3 *May* 1535. pacta omnia infecta atque inducta. Mater, cuius astutia et artibus res acta, ad certas summas et multas Regi et Curatoribus condemnata fuit. *Proxenetae*, qui huic rei operam dederant et *Notarii*, qui adolescentem sponsum celaue- rant, quid praesentia sponsalia vellent, quid donatione, ut erat propter nuptias facta, comprehenderetur, in similes multas omnes condemnati fuerunt. Ex hoc Arresto cognoscitur, raptum

ptum aequè in viro atque foemina committi per *Glossam in l. vnic. C. de rapt. virg. in verb. sponsam in prin.* *Eaque sententia fuit Ioannis, veteris Glossatoris, quae hodie in Francia observatur.* Adde *Appendicem II ad hunc tit. 6,* ubi raptus in parentes expressè memoratur, et *les Plaidoyez de le Maitre 18 et 24.* Quae quum ita sint, Galliarum rex ex regni sui legibus, quae principibus viris nuptias sine regis consensu interdicit, gentem Lotharingicam, quae ad fratris regii nuptias opem tulerat, de raptu accusare iuste poterat. Dubitat quidem de istiusmodi in Gallia lege *le Vassor lib. 35 pag. 827: Certe loi fondamentale, inquit, qui defend aux Fils de France et aux Princes du sang de se marier sans le consentement exprès du Roi, on ne la trouvoit écrite nulle part.* Verum exstare in Gallia talem aut legem, aut certe consuetudinem, euincunt *Linnaeus in Notitia regni Franciae lib. 1 cap. 8 not. uu pag. 224 sq.* et *Schilterus in Institut. iuris publ. lib. 1 tit. 9 §. 1 item in Exerc. ad D. 36 §. 32.* Ceterum, ut supra dixi, raptus ille, qui sine vi, vel abductione saltem in alium locum, committitur, aliis gentibus, quae iure Romano et Carolino utuntur, prorsus incognitus est, quum voces: *rapere, entführen,* in iuribus communibus positae mutationem loci clare significant; quod eo extendit *Ludouici in articulum Carolinum us,* ut ne quidem abductionem de domo in domum sufficere ad raptum credat, sed locum diffitum desideret, de quo tamen ego merito dubito.

COROLLARIA.

- 1) **Q**uod in *Observat. 3* dixi; pro dissentientibus reputari, et raptum pati, qui quaeue in alienam potestatem redacti non contradicunt,

C 2

sed

sed fientes aut suspirantes consentiunt; egregio exemplo illustratur apud *Senecam lib. 8 Controv. 6: Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Diues pauperem de nuptiis filiae interpellavit tertio. Ter pauper negavit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellavit illum diues de nuptiis filiae. Pauper tacuit, et fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad magistratus. Diues contradicit. Et vim quidem factam hic esse fateor. Recte Seneca: Lacrima est indicium inoptatae rei. Lacrimae pignora sunt nolentium, et repugnantis animi vultus index. Nemo unquam, quod cupit, deslet. Lacrimae coacti doloris inter praecordia, et intolerabilis silentii eruptio. Sed vis haec saltem priuata est, non publica. Nec raptus dici poterit, in quo abductio de loco in locum deficit. Diues enim saltem casu, qui naufragos in fundum eius eiecerat, abusus est.*

2) Aliam non minus nobilem controvertiam *Seneca lib. 1 controu. 5* habet: *Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidam diues rapuit: altera mortem optat, altera nuptias. Litem hanc secundum raptorem dat Pufendorffius de Jure naturae et gentium lib. 5 cap. 12 §. 6* ac nuptias optantem puellam praefert. Ego ex aduersa parte sto, et mortem optanti satisfaciendum puto, ex his, quas Seneca habet, rationibus: *Quum, quod utraque optat, fieri non possit, ea eligenda optio, qua vltio ad utramque perueniat. Atqui mortem optat mea optio, et te vindicat: tua me non vindicat. Nullum non raptorem impunitum futurum: si haec via impunitatis monstreretur, ut, qui plures rapuisset, tutior esset. Neminem non inuenturum aliquam humilem, quae se in optionem commodaret. Qui duas rapuit, perire utrique debet. Lex, quae dicit: Rapta raptoris*
aut

aut mortem optet, aut nuptiat; de eis loquitur, qui singulas rapuerunt, non putauit quengquam futurum, qui una nocte duas raperet. Vtrique raptae debet ultio contingere. Vtramque enim non potes ducere, utrique mori potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors est; putate enim vtramque nuptias optasse. Quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse quam duas; quid fiet? vna nubet: nuptiae ad vnā pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit, utrique debet mori, quare? dicam: Quod vult, eligit: aut nuptias optabunt: aut altera mortem, altera nuptias. Si nuptias optauerint, non poterit fieri, quod vtraque voluerit. Vno modo poterit fieri quod vtraque volet, si vtraque mortem optauerit: ergo fiat id, quo vno duae vindicari possunt. Ne exemplo quidem vtile est, non vtrique perire eum, qui duas rapuerit; hinc morem perniciosissimum introduci ciuitati, vt aliquis propter hoc non pereat, quia perire saepius meruit.

3) Addo tertiam ex Seneca lib. 7 cap. 8 controuersiam: Lex: Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit. Conuictus est. Illa optionem petit. Contradicitur. Praeter rationes, quas Seneca habet: Non oportet ribi amplius, quam semel, licere optare, qui potest condemnare, possit semel: qui potest occidere, possit semel: aut si qua iteratio recipi potest, in poenitentia mortis recipienda est. Periculosius est negare raprum, quam commississe. Minus est ergo quod viriauit, quam quod negauit. Non sum, inquit, opratura mortem, sed volo mihi licere et mortem optare: quam potestas ista deletat, crudelis est. Ergo nos iniuriam periculosius negauimus, qua fecimus. Iusta fuit optio. Oprorio semel puellae datur; immutabilis est, semel emissa est. Iudex, quam tulit de reo, ta-

bellam reuocare non potest; hae quoque ex iure ciuili allegari possunt, quod nec in pecuniariis caussis optans voluntatem mutare, L. 20 de Optione vel electione, nec iudex, quem absoluit, deinde condemnare queat, L. 14. et 42 de re iudicata. Itaque noua optio permitti non potuit.

4) Raptus apud aliquas gentes tanquam solemnis cerimonia in nuptiis receptus est, irationabili prorsus et turpi consuetudine, quae abrogari debebat, sed, ubi tamen abrogata non est, raptores a supplicio liberat. Exemplum foedum et ridiculum olim apud *Valuassorem in der Ehre des Herzogthums Craim* legi, hic tamen, quia liber iam ad manus non est, excerpere non possum. Dabo vero aliud ex *Pauli Oderbornii, sacerdotis Lituanici, ad Dauidem Chyrraeum epistola*, anno 1582 edita, et *Maderi commentario de Coronis nuptiarum pag. 54. seqq. inserta: Matrimonii, in Russia scilicet, contrabendi ratio talis: Iuuenis, si cui fauet puellae, propinquos tres quatuorue ablegat; qui parentes de elocanda virgine interpellent. Hi vero, ut uehementius animum proci irriterent, nihil illo de negotio conferri posse affirmant; sponsus tali spe frustratus aliam uiam aggreditur, tempusque & occasionem uenandae uirginis diligentissime obseruat. Illa uero si forte domo paterna egreditur, ministri, in insidiis collocati, incautum & nihil tale timentem in casses sponsi uenatoris coniiciunt: quae simul atque destorata fuerit, mittuntur alii ad parentes legati, qui partim culpam deprecantur, partim amoris uehementiam accusent. Tum demum parentum impetrato consensu nuptiis dies dicitur. Neque enim illis cohabitare licet, nisi solemnitate publica copulerentur. Igitur circa horam noctis undecimam sponsi cum fidibus facibus*

87

Et fistulis ad delubrum deducuntur. Ante illorum aduentum aliquot vascula sincera, melicrato et cereuisia plena buc aduecta sunt. Conuiuiae itaque utriusque sexus, saltando, ludendo, clamando et ridendo bonam noctis obscurae partem consumunt. Interea mittuntur certi homines, qui flammam accersant. Hi plerumque re infecta semel atque iterum discedunt, idque fit propter remulentiā deplorari sacrificuli, qui vino et somno sepultus iacet. Vulgus interim ducendis choreis occupatur. Postea morae et absentiae impatientes illi, qui sponsam affinitate attingunt, flaminis poti domum effringunt, et vi abreptum ad peragenda sacra eundem pertrahunt. Ille dum solito vult fungi officio, nec tamen rectis pedibus consistere potest, saepe concidit in medio templo. Exoritur inde damnabilis visus et barbaries, ut vix opiner Ethnicos Veneris sacra scurrilius peregisse. Accurrunt illico, qui lurconem teneant, ne collabatur. Tum primum panes sibi debitos adferri iubet. Deinde libro aperto stentorea voce aliquem hymnum Dauidicum cantat. Postea intortam sponsi caesariem manu comprehendens, in hanc sententiam eundem affatur: Dic mihi, o sponse, o frater, o amice, numquid hanc teneram fustibus aliquando multabis? numquid aegrotam scabiosam et decrepitam derelinques? Hic sancte iurat sponsus, se facturum viri boni officium. Ad sponsam igitur sermonem conuertens, eam quoque interrogat: An rei familiaris curam agere? an coeco, curuo et decrepito marito fida velit esse comes? Adfirmat illa. Mox flamen serro ligneo viridi utriusque caput coronat. In circumferentia coronarum descripta sunt Rutenice haec verba: Crescite et multiplicamini. Ille dum haec agit, inflammanitur ab omnibus cereae candelae et patera medone spumans sacrificio eraditur. Eam nouis sponis uno propinat haustu. Illi simili alacritate euacuant et viro religioso reddunt: Adiecto iam ligneo cassiculo ac pedibus contrito uouas instituunt choreas. Hic flamen

flamen choragus est, cæteri longo ordine eundem insequuntur. Femina etiam lupulum in templo spargunt et linum cum tali acclamatione: *Dii nostri tutelares faciant, ne noui coniuges olulo unquam defituantur bono. Sic tandem tumultuum finis est. Sacrificulus domum reducitur. Conuiuia sponfos comitantur, et in tali conuentione egregie potant et moebantur. Ego vero improbissimum hunc rapiendi ritum nunquam inter Russos vuisse, sed Oderbornium, quod quidam forte ex Russis tunc male fecit, toti nationi tanquam morem imprudenter imputare, credo. Certe *Olearius*, qui quinquaginta circiter annis post Oderbornium, anno scilicet 1634, in Russia fuit, atque omnia diligentissime scrutatus est, in *der Moscovitischen und Persianischen Reise-Beschreibung* lib. 3 cap. 5 nuptias Russorum accurate, et multa quidem, ut de ebrietate sacerdotis, de panibus, quos ille ante ceremoniam exigit, de coronis, de cereis candelis, de pateris, quas sacerdos nouis propinat, de cratere pedibus conteri solito, etc. eadem, qua Oderbornius, ratione describit, de rapto autem non solum nihil habet, sed et talia narrat, quae cum rapto hoc consistere nullo modo possunt. Idem *Mayerbergius*, qui *Iter in Moschouiam* anno 1661 factum edidit, pag. 44, ubi de matrimonio Moschorum agit, et *Lyseckus* in *Relatione eorum*, quae circa *Sacr. Caesarcæ Maies-tatis ad Czarum ablegatos* anno 1675 gesta sunt c. 20 pag. 113, quorum neuter Russis fauet et parcit, faciunt. Inueni-risimile autem est, publicam consuetudinem tam breui tempore sic obliterari potuisse, ut non solum nullum eius vestigium superfuerit, sed et contraria prorsus introducta sint.*





Wittenberg, Diss., 1739 (1).


ULB Halle 3
003 700 429



Sb







1727.

Q. D. B. V. 1739 210
DISSERTATIO IVRIDICA 24
DE
R A P T V

QVAM
PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI AC PRINCIPI
ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS AVLAE ET IV-
STITIAE CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE
CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ADSES-
SORE PRIMARIO ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO ATQVE STUDIORVM
SVORVM PROMOTORE

OMNI PIETATE ET OBSEQVIO COLENDO

AD DIEM XI IVLII ANNI c^o b^o CC XXXIX.

IN AVDITORIO IVRECONSVLTORVM
DEFENDET

THEOD. LVDOVICVS KRAFFEL

SEYDA-SAXO.

VITEMBERGAE
STANNO TZSCHIEDRICHIANO.